

praesumat inferre, necesse est, ut haec, quae inferius enumerare curavimus, ita fraternitatis studio episcopi debeant custodire, ut ex eis non possit ulterius inferendae inquietudinis occasio reperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini nostri Iesu Christi et ex auctoritate beati Petri apostolorum principis, cuius vice huic ecclesiae praesidemus, prohibemus, ut nullus episcoporum aut saecularium ultra praesumat de redditibus, rebus vel chartis monasteriorum vel de cellis vel villis, quae ad ea pertinent quocunque modo, qualibet occasione minuere vel dolos vel inmissiones aliquas facere. Si qua

. . . Descriptiones quoque rerum et chartarum monasterii ab episcopo ecclesiasticas fieri omnino denegamus^a; Obeunte quoque abbate episcopus in describendis providendisque rebus monasterii acquisitis(?) vel datis perquirendis nullatenus se permisceat. Missas quoque publicas ab eo in coenobio fieri omnino prohibemus, ne in servorum Dei recessibus et eorum receptaculis ulla popularis praebeatur occasio conventus . . . Neque audeat ibi cathedram collocare vel quamlibet potestatem habere imperandi nec aliquam ordi-

Petri principis apostolorum prohibemus, cuius vice huic ecclesiae Romanae auctore Deo praesidemus, ut nullus episcoporum ultra praesumat de redditibus, rebus, cartis monasteriorum vel de cellis seu villis, quae ad ea pertinent quocunque modo, qualibet exquisitione minuere nec dolos vel inmissiones aliquas facere.

Descriptiones quoque rerum aut chartarum monasterii ab episcopo ecclesiasticas fieri omnino negamus. Missas quoque publicas ab eo in cenobio omnimodo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus ulla popularis detur occasio. Ob-eunte autem abbate in^b describendis^b providendisque ac quæsitis vel datis querendis ne rebus monasterii nulla se occasione permisceat. Non audeat ibi cathedram collocare vel quamlibet potestatem imperandi nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatinus monachi semper maneant in abbatum sorum potestate et omne monasterium propriam possit suae libertatis munitionem habere et pontificale decretum re-

a) denegamus] so der Codex Flaviniacensis; vgl. Migne a. a. O. 1341 D. b) inde scribendis c.